

CORONIS

five

ANTICROCII MENTZERIANI

consideratio,

Continens sex priores illius dis-
putationes de Deo, deq; peccato,

Resp.

Johanne Coccejo Bremensi.

THESIS I.

Prodiit his nundinis Francofurtensibus
vernus Anni 1622. *Anticrocus Balthasa-
ris Mentzeri*, liber qui disputationes habet
contra Crocium. Talia nomina suæ soboli
imponere amat: post *AntiSadaëles*, *Anti-
Martinios*, *AntiPierios*, *Antisteiniosque*, nunc
tandem etiam *Anticrocios* parturit, viamque
pacis nescit, & non est iudicium in gressibus
ejus, semitæ ejus incurvatæ sunt ei; omnis qui
calcat in eis, ignorat pacem.

2. Decem disputationibus, quas Apolo-
getico meo pro Augustana Confessione edi-
to infeliciter opposuit, id nominis indidit,
quæ sophismatis, calumniis, conviciis & coc-
cysmis parùm in veritate aut pietate nos æ-
dificantibus obfertæ sunt: eas prælucente lu-
mine logico ac theologico, adspirante Dei
spiritu, in nomine Domini nostri Jesu Chri-
sti, breviter, placideq; & quoad ejus possim,
ædificatoriè considerabimus.

3. Pm.